



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 11. Regula FF. Minimorum a Pontifice confirmata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

unquam. Semel ejusmodi epulo regiae Sæcul. XV.
 magnificentiæ digno excipiebat Galliæ A.C. 1473.
 legatos; Iterum Ferdinandi Neapolitani
 Regis Filiam, Herculis Estensis Ferrariæ
 Ducis conjugem, quam etiam muneribus
 adeo splendidis auxit, ut hujus Cardi-
 nalis prodigalitas inde satis manifeste elu-
 ceret. Hanc profusionem Papiensis Car-
 dinalis in suis epistolis deplorat. Paulo
 post, eodemque anno Riazus a Pontifi-
 ce ejus Patruo Legatione primo per Um-
 briam, dein per universam Italiam au-
 ctus est, ubi in præcipuis urbibus cum
 ingenti pompa & splendore excipiebatur;
 non pauci enim fastus cupiditatem, qua
 hic Cardinalis tumebat, fovere stude-
 bant, ut inde sibi summi Pontificis bene-
 volentiam promererentur.

§. XI.

Regula FF. Minimorum a Pontifice confirmata.

Die vigesima tertia Maji (*) confirma-
 ta est a Sixto Pontifice Regula fra-
 trum Minimorum, a S. Francisco de Pau-
 la, ut jam alibi memoravimus, præscri-
 pta.

(*) Observat, & probat Pagius adversus
 Continuatores, hoc diploma editum fuisse anno
 1474. die 27 Maji, qui annus coincidit cum
 anno III. Pontificatus Sixti IV.

Sæcul. XV. pta. Sanctus iste Vir in quadam rupe
 A.C. 1473. ad littora maris sita solitariam ducebat
 vitam, haud alio strato quam nuda pe-
 tra usus, nec alio præter herbas, atque
 radices obsonio victitabat, & non nisi as-
 sperum cilicium vilissima veste contactum
 indutus incedebat. Postquam vigesi-
 mum ætatis annum agebat, prima Ordini
 fundamenta jecit, adjunctis sibi ali-
 quot instituti sui sociis, qui in quodam
 oratorio a se constructo in unum congre-
 gati divinas laudes decantabant, eosque
 subinde quidam Sacerdos ex proxima
 Paræcia invisebat, sacris operaturus. Ast
 cum Alumnorum numerus indies excre-
 sceret, & fidelium pietas ad novi hujus
 Ordinis sustentationem liberaliter con-
 curreret, Sanctus Franciscus amplius
 asceterium, atque Ecclesiam, annuente
 Pyrrho Cosentiæ Archiepiscopo, exstrui
 curavit. Fabrica demum absoluta Reli-
 gioso cætui suo uniformem vivendi ra-
 tionem præscripsit, suosque discipulos ad
 perpetuam a carnibus, butyro atque ovis
 abstinentiam quarto solemniori voto adstrin-
 xit. Novæ hujus disciplinæ fama jam
 decimo quinto vel sexto anno longe la-
 teque emanabat. Tum temporis hæc
 Congregatio non nisi Fratres (ut vocant)
 Laicos complectebatur, exceptis paucis
 quibusdam Clericis, & uno solo Presby-
 tero Jurium Doctore, qui Balthasar de
 Spino

Bullar. tom.
I. Sixt. IV.
Constit. 5.

Spino vocatus postea aliquamdiu Inno-
centio VIII. a confessionibus erat. Ar-
chiepiscopus Cosentinus horum Religio-
forum sanctitate permotus, pluribus eos
privilegiis ornabat, quæ Pontifex confir-
mavit, sanctumque Franciscum primum
hujus Congregationis Superiorem Gene-
ralem nominavit.

Sæcul. XV.
A.C. 1473.

§. XII.

Octo Cardinales a Papa creati.

Hoc anno die septima Maji Sixtus Pa-
pa octo Cardinales creabat; verum
ad preces Imperatoris, Galliarum Regis,
& Ferdinandi Regis Neapolitani tribus
adhuc aliis locum reservavit, eo fine, ut
quisque horum Principum unum sibi se-
ligere posset, quem Papa ad eandem di-
gnitatem, comperta mox eorum nomi-
natione, publice eveheret. Verum non
modicam inde molestiam patiebatur Pon-
tifex; postquam enim nomina illorum, qui
designabantur, innotuere, quivis eorum
ferme totidem ex Cardinalibus amicos,
quam hostes numerabat, hinc tanta erat
diffidentium contentio, ut desperata suffra-
giorum concordia electionem eorum, quos
hi Principes nominabant, ad proximam
promotionem differre oportuerit. Qua-
propter impræsentiarum nonnisi horum
octo, qui tum purpura decorati erant,
Hist. Eccles. Tom. XXIX. G g no-

Papiens. ep.
510 511 512
/eq. ep. 514.